



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev  
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

**Arles y Andosilla, Martin de**

**Romæ, 1559**

Quod sterilitas fructuum & animaliu[m] & quod pr[a]elia vigeant non  
accidit a dispositione quoru[n]dam dieru[m]: sed a dispositione natur[a]e  
& potius à volu[n]tate diuina effectiu[a]e vel permissiue.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

DE SUPERSTITIONIBVS. 22

uerit vel sint nebulæ vel venti de per accidens est quod plures sint vindemiæ illo anno : vel animalia pereant : vel prælia contingent accidit non à tali die festo : sed vel potius à volūtate diuina . Nam sçpe contrarium videmus esse certius .

Quod sterilitas fructuum & animaliū & quod prælia vigeant non accidit a dispositione quorūdam diērū : sed a dispositione naturæ & potius à volūtate diuina esse. Siue vel permissiuē .

**Q**uod autem interitus pecorū vel abūdantia vel sterilitas seminū proueniat à volūtate diuina tanquam à superiori causa : & hoc propter peccata patet Iohelis . i . quando propter peccata populi dicitur . Dissipata sunt horrea , dissipatæ sunt apothece . confusum est triticū . ingemuit animal . mugierūt greges armenti : quia non sunt pas-

## TRACTATVS

cua eis: sed & greges pecorum disperie-  
runt. & Aggei.i. Ponite corda vestra  
super vias vestras dicit dominus . Semi-  
nastis multum, & collegistis parum. Co-  
medistis & non estis saturati . Bibistis &  
non estis inebriati : & infra . Respexitis  
ad amplius & ecce factum est minus . &  
intulistis in domum & ego exsufflai il-  
lud . Propter hoc(inquit)super vos pro-  
hibiti sunt cæli ne darent rorem: & ter-  
ra prohibita est ne daret germen suum:  
& vocauit siccitatem super terram & su-  
per montes & super triticum & vinum  
& oleum : & quæcunque profert humus:  
& super homines & iumenta : & super  
omnem laborem manuū vestrarū . &.ii.  
c.dicit.percussi vos vento vrente & au-  
rugine : & omnia opera manuū vestrarū  
& non fuit qui reuerteretur alme .  
Hec enim etiam proueniūt ex constel-  
latione celorum qui diuersimode in flu-  
unt secundum quod Deo seruimus vel  
non . Vnde Leuiter.xxvi. Si non fe-

ceritis mandata mea dabo celum vobis  
de super ferreū & terram eneā & con-  
sumetur incassum labor vester. Si au-  
tem in præceptis meis ambulaueritis da-  
bo vobis pluuias temporibus suis & ter-  
ra gignet germen suum. Sed de bonis  
quæ à Deo procedunt propter conuersi-  
onem & penitentiam dicitur. Iohannis. ii.  
zelatus est dominus terram suam & pe-  
percit populo suo : & dicit. Ecce ego  
mittam vobis frumentū: vinum: & oleū:  
& replebimini in eis. Et non dabo vos  
ultra opprobrium in gentibus.

Quod victoria belli non diei sed  
soli Deo attribuenda est.

**S**ed de prælijs qualiter in penam pec-  
catorum accidunt & à Deo bono &  
iusto proueniant in vindictam ma-  
lefactorū & patiētiā honorū longū effet  
enarrare: quia tota sacra scriptura plēa.  
Vnde & si plura bella à malis hōinibus :